



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Bernardini Scardaeonii Patauini Presbyteri de Castitate Libri Septem**

**Scardeone, Bernardino**

**Venetiis, 1542**

Quid sit maledictum sterilitatis cap. xliiii

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30433**

LIBER TERTIVS. 6

stantur: alii uero, qui magis ingenui sunt, & nobiles, nec plausum, nec lucrum curant: sed solo discendi, & uisendi studio intersunt: ut & quid agatur uideant, & ad discant: & iucundissima earum rerum, contemplatione liberi, & sine cura fruuntur. Haud multo ferè secius nobis uidetur euenire, qui in hunc mundum, ceu in quandam celebritatem mercatus uenimus, alii enim gloriæ student, & aure populari: alii pecuniæ & lucris inhiant, alii procreandis liberis licite ex suis uxoribus: alii turpiter ex alienis, siue ex concubinis operam impèdunt: alii deniq; q multo rariores sunt & neglectis omnibus, uni Deo uacantes, cõtèplationi diuinæ, sacriscq; rebus, & animarũ salutis deseruiūt: & hunc qdè interpretamur præcipue ordinẽ clericorũ & sacerdotũ: quorũ interest uacare diuinis, & inherere cõtèplationi, & parũ nihil uè curare, q̄ hic in hac frequentia homines anxie, curioseq; faciant.

Quid sit maledictum sterilitatis. Cap. XLIII.

**Q**uod uero in sacris literis damnentur qui non reliquerit semen in Israel, nihil propterea uerendũ est nobis, q̄ liberis, atq; uxore caremus: nam in eisdem literis etiam scriptum est. Maledictus qui peperdit in ligno: attamen Deus noster Christus de salutari ligno crucis pendens sustulit omnem maledictionẽ: quæ ab illo ligno uetito iam à principio germinauerat. Vnde Paulus apostolus. Christus, inq; nos redemit à maledicto legis, factus pro nobis maledictum. Sed sciendũ est eiusmodi maledictiones nõ esse, q̄ faciãt hominẽ execrabile, & superis inimicũ, sed quæ tunc uulgo homines reddebant infames & inuisos, ita ut istud maledictũ hic opprobria interpretanda sint, nõ crimina. Steriles namq; & affixi crucibus, ideo olim apud maiores maximo probro fuerant: & tunc sicut nec crucis, ita nec uirginitatis mysteria noscerẽtur. At nobis longe diuersa ratio est: qm̄

Gal. 3

Gal. 2



DE CONIV. ET CONTI. SACER.

hæc eadem, quæ apud eos dedecori, et opprobrio fuerant, modo apud nos honori sint, & salutis. Suo namque testimonio, et exemplo docuit nos Christus Iesus, & relinquere uxores propter se, & crucem ferre post se, si vere ipsius effici discipuli cupimus. Sed iam (ut puto) satis probatum esse censemus, (quicquid impudici quidam garriant) professionem coelibatus nullo pacto iniuriæ, aut maledicto patere: quando sicut per matrimonium carnaliter, ita per coelibatum spiritualiter in adoptionem Abrahamæ, & filiorum Dei multiplicamur. Sed de hoc satis iam ad reliqua pergamus.

Non purgari, aut leuari peccata, propterea quod multi sint, qui peccent. Cap. XLIIII.

**N**unc uero illis est respondendum, qui animati numerosa societate peccantium, pertinaciter in iniquo suo proposito perseverant: & quum tueri alia ratione se nesciant, malorum sese consortio defendunt, & turpitudinem flagitii, exemplorum frequentia, & consuetudinis licentia deprecant, inique recti loco ducentes, quicquid vulgo committitur. Sed compello te modo, quisquis te sic insipienter, friuoleque deendis. Quidnam quaeso ad rem, si multi peccent: num tu si quid contra legem à multis agatur, impune feres, si cū aliis pecces: Quinimmo eo magis tibi uerendum est, quasi in te tandem statui debeat animaduersionis exemplum ut sumpti iam de te supplicii metu alius deterritus peccare formidet. Quis nam te in eā turbam improborum magis quam bonorum coniecit: cur cum bonis non mauis esse, etiam si pauciores sint, quàm cum malis: Responde precor: quando hic inter nos uerbis tantum contenditur, non pugnis. Taces, satis laudas. Scio, tua te ducit ad malum concupiscentia, teque ad hos trahit morum similitudo, quæ est tibi in malo cū eis. Quid